



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Institutionibvs. Titvlvs VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

ad sedem Apostolicam devoluta, I. clero contulerit, dum & in illis partibus legationis officio fungereur, sumissionem benigno prosequeretur adfectu. verum procurator Argentini capituli proposuit ex adverso, quod idem capitulum hoc auditu confuerudinem allegans antiquam inviolabilitatem observatam, iuxta quam nullum nisi nobilium & liberum, & ab utroque parente illustrum, honesta conversationis, ac eminentis scientia, in suum conlitorum haec genus admittit: ne contra hoc fieret (maxime cum nulla tunc prabenda vacaret, antequam monitorias vel executorias literas receperit) ad sedem Apostolicam appellavit: & infra. Nos igitur attendentes quod non generis b, sed virtutum nobilitas, vitaq; honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem, ad cuius regimem non multos secundum carnem nobiles & piontes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eo quod non est personarum acceptio apud ipsum c, & vix ad culminem dignitatem (nudem ad prabendas) viri eminentis scientie valeant reperiiri, exceptions hujusmodi non duximus admittendas: & infra. Discretioni vestra mandamus, quatenus si vobis confiterit prae dictam prabendam vacasse, quando ipsam dicto I. Episcopus contulit memoratus, ipsum ad eam recipi faciat.

CAP. XXXVIII.

*Si mandatur provideri in ecclesia, non potest de ecclesia provi-
deri.*

Idem.

Cum a olim priori sancta M. dederimus & in man-
datis uicarii f diaconi in aliqua ecclesia civitatis
vel dioecesis. L. auctoritate Apostolica providerit: idem
prae statum Gu. & ecclesia sancti Pe. de vico rectorem au-
toritatem hujusmodi natus b est designare: in qua rector
ab ejusdem eccliesie clericis eligi consuevit, excommunicatio-
nis sententiam nihilominus proferens in rebellibus.
Cum igitur mandatus hujusmodi se ad talia non exten-
dit, nec ad rectori vel dignitatem nostra feratur: in-
tentio, cum pro simplici beneficio jussio nostra manat &
mandamus, quatenus tam institutionem hujusmodi, quam
excommunicationis sententiam propter hoc latam de-
nuncies non tenere.

DE CLERICO AGROTANTE VEL
DEBILITATE.

TITULUS VI.

CAP. I.

*Clericus infirmus integrè percipit fructus beneficii sibi.
Gregorius Candido Episcopo Vrbe vetamen.*

Cum percussio corporalis: [& infra.] F. tuam hor-
tamur, quatenus latorem praesentium ad perci-
pienda que confusa sunt ab ecclesia tua, agri-
tudinam non debeat impeditre. Quia si alii ejus essent ex-
emplo deterriti, forte non posset, qui militaret ecclesia;
inveniti: sed secundum ejus ordinem quæcumque ei fi-
lians esset, potenter ministriari, de ipsa exiguarie, que
ecclesia potest accedere, fraternitas tua prebeat agro-
vani.

CAP. II.

*Presbyter, cui medietas palme cum duabus digiti est absissa,
missam non celebrat, sed catena sacerdotibus fungi potest.*

Eugenius I Papa.

Presbyterum m, cujus duos digitos cum medietate
te palma à prædione abscessis significasti, missam

a Cum. b Rom. 15. Galat. 2. Eph. 6. Col. 3. c Deut. 13. vide Oldrad. conf. 30. e aliamus, in antiqu. l. V. g V. h viijue. i perferatur. k manet. l Greg. sed in omni. manuscrip. ut est impressum. m Post Cone. Lat. sub Alexan. III. p. 26. c. 1. & c. 2. cod. tit. an. 1. compil.

non permittimus celebrare: quia nec securè propter de-
bilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem a
membris hoc fieri posse confidimus.

Ipsam autem ceteris officiis sacerdotalibus fungi mi-
nimè prohibemus.

CAP. III.

Si rector ecclesie sit leprosus, dandus est ei coadjutor.

Lucius III.

D E & rectoribus eccliarum lepra macula usque-
ad eo infectis, quod altari servire non possunt, nec
sine magno scandalo concursum, qui sani sunt, ecclesias ingre-
di: Hoc volumus te tenere, quod eis dandus est coadjutor,
qui curam habeat animarum: & de facultatibus ec-
clesie ad sustentationem suam congruam recipiat portio-
nem.

CAP. IV.

*Si rector ecclesie sit leprosus, ab administrationis officio remo-
veri, sed de bonis ecclesie sustentatur.*

Clemens III. c

T Va d nos duxit s. confundens: & infra. De fa-
cerdone, qui divino iudicio lepra morbo reperitus
in paroeciali ecclesie præfationis officio fungitur: Dici-
mus quod pro scandalo & abominatione populi, ab ad-
ministrationis debet officio removéri, ita quod juxta fa-
cultates ecclesie sibi necessaria, quantum vixerit, min-
istreretur.

CAP. V.

*Episcopo qui propter morbum incurabilem pastorale officium
exercere non potest, dandus est coadjutor.*

Innocentius III. Avelaten. Archiepiscop.

E X e parte tua fuit propositum, quod cum Aurasiensis f Episcopus gravi morbo & incurabili febre per quadriennium laboravit, ita quod pastorale officium non potest ultra tempore exercere, princeps terra illius, ac cives civitatis ejusdem à te postulant incessanter ut ipsis (cum sis metropolitanus eorum) studeas providere. Verum cum ipsum ad cessationem compellere non possit, nec de-
beas illo modo, nec afflito afflictio sit addenda, immo potius ipsius miseria miserendum, e, quo quod b idem vir bonus existir, & ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit: nos volentes tam Episcopo, quam ecclie
providere, mandamus, quatenus illi coadjutorem ad
socies virum providum & honestum, per quem tam Epis-
copo, quam populo utiliter consulatur.

CAP. VI.

Breve est, & non signatur.

Honorius III. Episcopo Aversan.

C onfutationibus: & infra. Archidiacono autem,
quem morbo paralytico laborantem officium lin-
guæ ad seris amississe, coadjutor est meritò adhibendus.

DE INSTITUTIONIBVS.

TITULUS VII.

CAP. I.

*Numerus clericorum debet institui in ecclesiis collegiatis, secun-
dum facultates ipsarum.*

Ex Concilio Arlatensi.

N On amplius suscipiantur in monasterio mona-
chorum, aut clericorum, seu etiam puellarum,
quam qui se regere de bonis ecclesie absque
penuria possint.

a deformationem. b Post Cone. Lat. sub Alexand. III. p. 37. c. 4. & c. 3. cod. tit. in 1. compil. c In uox: Clemens III. Pislav. Episc. d Ca. 2. ed. fit. in 2. compil. e Ca. unio, ed. fit. in 2. compil. f Arenal. Aurasiens. al. Auracens. g mi-
serandum. h al. ita, ex quod pte. i Hac est syndicis Arel. 4. sub Carolo Magn. Imp. & habetur hoc ibidem. & ca. 1. ed. tit. in 2. compil.

Nnn

CAP. II.

Laici in canonicos non possunt institui.
Eugenius. a

IN ecclesia b vestra certum numerum canonicorum, (sicut nobis innotuit) communiter instituere curavisti: [i & j.] Cùm laici non debeant in canonicorum numero computari, nè vos debeatis differre, quo minus statutum numerum de aliis clericorum personis idoneis suppletas: tales ad supplendum numerum invenire cureris, per quos Deo in divinis officiis per ecclesiasticos ordines congrue serviaris.

[i Et institutionem vestram religione firmare juramenti. Vnde quia illo numero successus tempore diminuto, in dubitationem ducit, utrum spūm of institutione canonicorum suppleret posset, cùm laici computari, qui in ecclesia vestra canonicorum titulus numeratur, statutus numerus sit impletus, ut hac ambiguitas à vestri cordibus auferatur, nobis videatur quid.]

CAP. III.

Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel coru[m] officiales.
Alexandri III. Cantuariensis. Archiepiscopo, & eius suffraganei.

Ex frequentibus querelis didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam a multis rē temporibus invaluisse, quod clerici ecclesiastica beneficia sine consensu a Episcopi dioces. vel officialium suorum e (qui hoc de jure possunt) recipiunt, minus quam deceat cogitantes, quomodo id a Patrum sanctorum est institutionibus alienum, & ecclesiastica contrarium honestati. Vnde cum tu frater Archiepiscope, ex officio tibi commisso, tam iniquam confuetudinem de provincia tua ve- lis (sicut debes) radicem extirpare f, tam in illos, qui ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinent, quam in eos, qui de exteriori occupare presumperint, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam habentes, & eam auctoritas Apostoli, confirmantes: mandamus, quatenus clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurserint g, nisi congrue satisficerint, absolvere minime praefusatim.

CAP. IV.

Ultra facultatem non debet quis institutus invitus clericis ecclesia.
Clemens III. clero Constantinopolitan.

Auctoritate b Apostoli sedis: & infra. Statuimus insu- per, ut nullus in ecclesia vestra, ultra quam facultates eaurum sustineant i, vobis institutior invitus.

CAP. V.

Cum in ecclesia oportet extraneos institui, non debent instituti clerici certa origine tanum, sed undecunq[ue] sint, dum tamen sint idem.

Innocentius III. k S. Marcelli, & S. Susanna
Cardin. Apoll. sedis legat.

And l decorum: [i & j.] Sicut nostris m auribus est suggestum, Constantinopolitanus Patriarcha aliarum nationum clericos spernens, Venetos tantum in Constantinopolitanis ecclesiis satagit collocare, non attendens quod in omnigenite, qui facit iustitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei convenit iure ha-reditario possideri. Quocirca mandamus, quatenus menteatis eundem, ut vitios literatos, n & alias

a In aliquo manu scripta: Eugenius Papa. b C.3. eod. iii. in 2. comp. Recitè autem Continuus addit hic omisla Raimundo ex an- ziq. com. c Post Conc. Lat. p. 28. c. 11. & c. 1. eod. iit. m. 1. compilat. d affensu. in antiq. e ipsorum. f Vid. l. annes. C. de dec. l. 10. g incurserunt. h C. iit. de jud. m. 2. comp. i sufficiant. k D. sancti Marcelli. & una vetus ita: P. sancti Marcelli. & B. sancta. &c. l C. 1. eod. iit. m. 3. comp. m al. ita; sicut nostris est aurib. intimatum. Acto. 10. n Literar. ita de- bent recipi in canonicos sicut nobiles: ut not. in l. Societatem in gloss. ff. pro soci.

a idoneos, undecunq[ue] originem duxerint, in predictis ecclesiis, & maximè in majori, instituire non posponi, alioquin indignum se reddet, ut vos aliarum clericorum ad ejus obedientiam compellatis. Nec b diffimulare potestis, quin hoc nostris auribus intimeatis, ut ex hoc ipso, an verum sit, quod super hoc Venetus dicitur promisisti, coniceremus valeamus.

[i Et commodum tam ecclesia S. Sophia, quam aliarum eccliarum, que sunt in urbe Constantinopolitana confecta, noscitur pertinere, ut latrati viri, & honestate morum perfrici, de quibus libet mundi partibus venientes, instituti debeant in eisdem. Verum.]

CAP. VI.

Institutiones & custodia possunt de jure speciali ad non Episcoporum pertinere, & pendente lite cum diacono defendit in possestione, b.d. Vel sic Si possidet jus instituendi u, ad quem de jure communis non spectat, pendente iudice proprietas in possessione de- fenditur.

Idem Helen. Episcopo, & Archidiacon.

Norveg.

Cum venissent c ad Apol. sed. Archidiaconus Richimundiz, & procuratores Eboracen. Archiepiscopi: ex parte Archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personalum, & custodia ecclesiastica vacuum id eum in dioces. sua spectat, tam de jurisdictione a comuni, quam de conuerudine generali. Verum quidam prædecessores ipsius quibusdam Archidiac. Richimundiz tam institutionem, quam custodia personaliter commiserunt: [i & j.] Inter alia vero Archidiaco, & ipse respondit f, quod Archiepiscopus tam institutiones, quam custodias, non personaliter Archidiaco, qui tunc erat, sed perpetuo de consensu capituli archidiacorum concessione donavit. Cum autem archidiaconatus ipse in continua possessione, tam istarum, quam aliarum libertatum multorum Archiepiscoporum & Archidiacorum temporibus extitisset, & Archiepiscopus sine conditione & qualibet concessione ipsum eidem post concessionem afferuit, quod ipsum concesserat institutionibus & custodiam ecclesiastarum exceptis. Ipse b re- rō timens, ne si negaret exp̄f̄s, cum nondum esset archidiaconatus i possessionem adeptus, vel impeditetur k penitus factum ejus, vel dictius differretur: respondit quod non solum de illo, sed de omnibus redditibus suis faceret quod sibi placet: [2 & j.] Nos igitur inter- cuti fuiimus Archidiaconum esse in plena libertate eiusdem archidiaconatus possessione tenuimus, donec probatum legitime fuerit ex adverso, libertates l ipsius Archidiacoris ab Archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cum in hoc capitulo tam, quam post, & in ipsa etiam concessione, Archiepiscopuseas m reineretur potuerit licet tanquam suas, vel donec legitimè probatum fuerit easdem libertates Archidiacorum abjurasse. Sed in hoc capitulo si concessio illa fuerit realis, Archiepiscopus nihil juris vel utilitatis accederet, quia nos vel ad petitionem Eboracen, ecclesie, vel per nos ipsos super hoc archidiaconatu consulemus. Si ergo alterum ipsorum fuerit legitimè approbatum, Archidiacono super libertatibus ipsius: si neutrum, Archiepiscopo silentium imponatur.

[i Eus sibi aliorum temporis retinentes, & liberis, sicut pre- bat ad eos, utentes eis. Itaq. Archiepiscopus qui Ebor. ecclesia modo praefit, V. de Civili quendam archid. Richem. illas ad preces inclita recordat. R. Regis Anglorum de gratia speciali conceptis, & eo in Episcopum post electo, sibi retinuit tanquam suas. Ad hoc autem archid. Richem. respondit, quod cum inclita recordatione]

a Et alios. b al. ita, nec vot. c C.3. eod. iit. m. 3. com. d in omnib. antiq. tam de jure. e ille. f al. ita respondit, dicens. g contradicione. h idem vero. i Archidiac. k impedire, l eisdem libertates. m ipsas. primus

primus h. Rex Anglia apud Carletonum sedem episcopalem vellet de novo creari, quia ex hoc archid. Rhomb. lodebatur: Rex ipse à bo. mo. T. Archiepiscopo Eboracen. b. multiter postulavit, ut in recom-
propositum eiusdem partis, que subtrahebatur archidiaconatus
memorato, ei predictas concederet dignitates. Archiepiscopus autem
annuit dignitatis precibus postulantiu.]

[2 Super hoc autem pars replicavit ad versa, quod si renun-
ciatio vel abjuratio archidiaconatus non nocaret, per hoc tamen esset
Archidiaconato repetende facultas adempta: sed Archidiaconus li-
beratus illas se non repevere dicebat, cum in liberis sicut prisa, quan-
dus ut arripuit venuenda ad fidem Apollinare uteretur. Et eorum
postulante gauderet. Sed & contra hos iterum replicabatur, quod
idem Archidiaconus in quadam ecclesia sui archidiaconatus non
per Archiepiscopum institutus postulasset, sed talis institutio pertine-
bat ad ipsum, et si ipse tunc ipsarum libratatum posse fuisse gauderet.
ad quod Archiepiscopus ipso respondit, quid per Archiepiscopum
non institutus, sed confirmari potius postulavit, licet quod seipsum in-
stinetur incongruum videatur.]

C A P. VII.

Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non
potest.

Idem Episcopo Trezen. & Archidia. Parisiensi.

C Vm a ad nostram: & infra. Illud autem nolumus
vos ignorare, quod postquam M. fuit Abbas effe-
sus b, custodiā de jure non potuit obtinere: quia
cum ratione abbatis ad ipsum pertineat donatio tam cu-
stodiz, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbenda-
rum in ecclesia Patraren. custodiā ipsam, recipere non
potuit à seipso: cum inter dantem & accipientem debeat
esse distinctio personalis: sed nec ab aliо, cum jus confe-
rendi aliо non haberet.

46

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET
ECCLESIAE NON VACANTIS.

TITVLVS VIII.

C A P. I.

Institutus scienter in beneficium viventis, deponendus est.

Gelasius c Papa ad Ro.

Q Vi d in vivorum sacerdotum loco ponuntur,
hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pel-
lendi, quo se passi sunt successores vivis sacer-
dotibus adhiberi.

C A P. II.

Beneficia non vacanta concedi vel promitti non debent: & cum
vacaverint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de E-
piscopo ad capitulum, & econtra, demum ad proximum superio-
rem devolutum collatio.

Ex Concilio Lateran. e

N Villa f ecclesiastica ministeria, seu etiam benefi-
cia vel ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur
anequam vacant: Ne desiderare quis morte pro-
ximi videatur; in cuius locum & beneficium se credide-
re successorum. Cum enim in ipsi etiam legibus gen-
tilium inveniatur inhibitum, turpe est, & divini plenum
animadversione judicari, si locum in ecclesia Dei futuræ
successoris expectatio habeat, quam ipsi etiam genti
les condemnare curarent. Cum vero præbendas eccle-
siasticas, seu qualibet officia in aliqua ecclesia vacare
contigerit, non diu maneat in suspensu, sed intra sex
mens personis, que dignae administrare valeant, con-

a C.4.eod.tit.in 3.comp. b institutus. c In uno veteri
fratula est inscriptio. d C.1.eod.tit.in 1.comp. & c.2.eod.tit.in 1.
quod in 1.comp. e sub Alex. III. e.s. f Ca. 2. eod. tit. in 1.
comp. & concord. Contra Trid. scđ. 3.4 de reform. c. 19. ubi hoc decretum
reboratur, & c. de testanda. eod. tit. 1.6.

ferantur. Si autem Episcopus ubi ad eum spectat a, con-
ferre distulerit, per capitulum ordinetur b. Quod si ad
capitulum pertinuerit, & intra praescriptum terminum
hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc eum re-
ligiorum virorum consilio exequatur. Vei si omnes
forte neglexerint, metropolitanus de ipsis secundum De-
um abique illorum contradictione disponat.

C A P. III.

Beneficia vacanta conferuntur, non obstante appellatione illo-
rum, quibus promissa fuerint antequam vacarent.

Alexander III. Eboracen. Archiepisc.

R Elatum c est auribus nostris: & infra. Consulta-
tion tua taliter respondit. quod cum in Lateranensi
concilio promissiones factæ de ecclesiis non vacantibus,
sunt casæ: prætextu appellationis eorum, qui dicitis pro-
missionibus inniruntur, omitti non debet, quin ecclesiæ
cum vacaverint, de personis idoneis ordinentur.

C A P. IV.

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato executori ad pro-
videndum per presentationem literarum collatori dicitur, adfic-
tur præbenda: ita quod collatio alteri facta non tenet. b. d. secundum
verum intellectum. vide ca. si capitulo ead. tit. in 6.

Innocentius III. proposito & capitulo

Cameracen.

Proposuit d nobis T. Presbyter, quod cum C. Papa
præd. noſtri pro receptione ipsius in fratrem, & adi-
gnatione præbenda ad donationem vestram spectantis in
ecclesia vestra proximè vacatura mandatum Apostoli-
cum vobis destinat, decano Remensi executore con-
cessio, decanus ipse vos consumates inveniens, ipsum de
præbenda primò vacatura in ecclesia vestra, qua ad dona-
tionem capituli pertinet, auctoritate Apostolica inve-
stivit: [1 & 2.] Sed cum præbenda qua ad donationem
vestram spectabat, in ecclesia Cameracen. vacasset, eam
alii assignatis: [2 & 3.] Idem [autem] prædec. noſt.
quod ab eodem decano factum fuerat, ratum volens ha-
beri, collationem præbenda factam à vobis penitus irri-
tavit, & cum de ipsa per annum investivit. Licet autem
intentionis nostræ non sit investitura de vacaturis
facta contra canonum instituta ratas habere, qui secun-
dum plenitudinem potestatis de jure possimus supra ius
dispensare e: attendentes tamen quod idem Presbyter
non de vacatura, sed de vacante per præd. noſt. fuit inve-
stitus, utpote qua post cassationem concessionis à vobis
factæ intelligebatur vacare: mandamus, quatenus amo-
to ab ea præbenda quolibet detentore, eam ipsi cum ple-
nitudine honoris canonici adsignemus.

[1 Sed cum ipse decam morte præventus, in negotio ipso ul-
terius non potuerit procedere.]

[2 Cum autem propter hoc idem Presbyter ad ejusdem præ-
deceſſ. noſtri presentiam accessisset, sicut ex litera ejus nobis inno-
tuit.]

C A P. V.

Beneſtre ad eligendum seu conferendum à jure prefixum non
currat legitimè impedito, nec incipit currere, niſi a die notitia va-
cationis. h.d. Et est textus multum allegobus & quotidianus.

Idem P. sancte M. in via lata Lita. Card.
Apol. fed. leg.

a In Cod. Barb. stat. ubi ad eum spectat collatio. b ordinetur.
c C.39.eod.tit.de appell. in 1. comp. & p. 1. Conc. Lat. p. 47.
d Ca. 1. eod. tit. in 3. compilat. & Vid. Fredericum confil. 299.
e De hoc articulo, vid. Elenum in c. postulati. infra. De refer-
veris quartus casus. Addit. notis hujus loci, quibus declaratur
glossa in verbo dispensare.

Nnn 2